





HEPTERIS
VIRO
SVMME VENERABILI ATQVE
DOCTISSIMO
DOMINO
CHRISTOPHORO
GOTTLOB
GRVNDIGIO

ECCLESJARVM QVAS DIOECESIS FREIBER
GENSIS COMPLECTITVR SVPERINTENDENTI
ET SCHOLARVM INSPECTORI GRAVISSIMO
QVVM
DIEM NOMINALEM

CHRISTOPHORO

IN FASTIS SACRVM

A. D. XVII. CAL. APRIL.

ANNI POST CHRISTVM NATVM

MDCCLX.

SOSPES ET INCOLVMIS AGERET

AD TESTIFICANDAM PIETATEM

INSTRVCTA

DOCENTIBVS AC DISCENTIBVS

IN GYMNASIO FREIBERGENSI.

FREIBERGÆ, Litteris MATTHÆANIS.



HEPTERES usu commendat et arte vetustas,
Quarum praecipuum momentum et gloria prima
In septem remis versata fuisse leguntur. Liu. XXXVII, 23-24-30.

Scilicet, his ad aquas findendas nauibus usi
Eiusdem studii socios praeuertere cursu

Et citius poterant aliis attingere portum.

Fallor? an hoc noster signo depingitur ordo,

Quo coniunguntur discentes atque docentes,

Vnum opus urgendo, et partes folleter agendo.

Hi sicut remos non absque labore phaseli

TE moderante trahunt, **LONGE MERITISSIME**

PRAESVL:

Sic precibus iunctis et pura mente profectis

TEque Tuamque **DEO** commendant iure salutem,

Vt **TIBI** saepe dies praefens noua gaudia reddat,

Et, quae nunc multis squallet turbata procellis,

Rebus pacatis, redeat lux clara nitore,

Sic, **TE** nauarcho saluo, gaudebimus, atque

Sic plenius velis hepteris nostra feretur.

M. Io. Gottlieb Bidermann,

Rector,

II.

Accipe primitias votorum fronte serena,
 Quas pietas offert, VIR VENERANDE, TIBI.
 TE Numen nobis summum praefecit Epopam,
 Patronum, Patrem, praesidiumque dedit.
 Enthea TE virtus, doctae facundia linguae,
 Integritas animi, iudicii que vigor,
 Tanto iam dudum fecerunt munere dignum,
 Quod Patres humeris imposuere TVIS.
 TE quoque Numen adhuc fatis felicibus vti
 Iussit, et optata prosperitate frui.
 Nunc noua, quae diuina in nos est gratia, surgunt
 Gaudia, quae laetis excipienda modis.
 Laetis excipienda modis sunt talia festa,
 Quae nomen referunt, MAGNE PATRONE, TVVM.
 Gaudent hinc omnes, gaudent Heliconis alumni,
 Et promunt mentis gaudia vera suae.
 Omnes vnanimi certatim voce precantur,
 Deuotisque animis candida vota ferunt:
 Nestoreos annos chara cum Coniuge viuas,
 Sopses et incolumis, pignoribusque TVIS.

M. Io. Andr. Lutherus,
 Contr.

III.

Nostra quorum vita vitam,
 Omnibus vitam colendam,
 Omnibus vitam verendam
 Aestimatur, colitur, veretur,
 Horum et ipsa musa nostra,
 Musa origo canticorum,
 Aestimatur, colitur, veretur auspicata Nomina:

*Grundigi, Praesul sacrorum,
 Praesul omni laude digne;
 Praesul omni laude major,
 Vota quem optauere nostra,
 Impetrarunt vota nostra,
 Est Tua incorrupta vita*

Nostri vita amorque noster fonsque nostri gaudii.

Hinc Tuum Nomen veremur,
Hinc amamus Nomen amplum,
Nomen omni laude dignum,
Nomen omni laude majus,
Luce laeta, luce fausta,
Luce Nomini dicata
Verba laeta, laeta vota, vota fausta dicimus.

Sit Tuum perenne Nomen,
Perque gyros saeculorum,
Et per omne crescat aeuum,
Quo fauente sacra gaudent,
Quo fauente Musa gaudet,
Quo fouente cuncta feruent
Erudita, quo vigente, nostra florabit pubes.

Si sereno vecta curru
Post cruenta bella Martis
Candidos dies reducet
Pax amica, pax serena,
Pax, foror beatitatis,
Mater omnis acquitatis,
Tunc Camoëna nostra spondet laetiora Antistiti.

M. Io. Aug. Harzbach,
Colleg. III.

IV.

Praeful, quem dudum stupere sacrata Sionis
Pulpita narrantem dogmata diua Dei;
Magne vir ingenii facundae et munere linguae,
Magne animi veris perpetuisque bonis;
Dum circum fremdet patrios Bellona penates,
Immanique sono tympana quassa fremunt;
Laeta dies oritur plaususque et gaudia poscit,
Datque piis votis ominibusque locum.
Martii adest iterum mensis lux fidere fausto,
Nomen Christophori qua meminisse decet.
Nomen Christophori titulo Tibi competit aequo,
Praeful Castalii praesidiumque chori.
Hoc Tibi quod tribuit genitor, pietate tueris,
Nomine Christophorus, Christophorusque fide.
O nomen sanctum, summe venerabile nomen,
Quod colit Eusebie, Pieridesque colunt!

Quisquis habet chordas, animet sua barbita chordis,
Nomine Christophori suppeditante melos.
Cor quoque pro chordis, pro pectine pectora tangat,
Pro fidibus multis consonet una fides.
Ast tu, fausta dies, fausto es signanda lapillo,
Quae cupis hoc primum nomine digna loqui.
Annua saepe redux nobis impone canendi
Officiumque pium, laetitiamque nouam.
Sic, sic Christophori nomen, quod poscimus omnes,
Nestoris annosi nomine maius erit.
Sic, sic Grundigii soboles per nomina crescet,
Nomen et aeterni nominis instar erit.

Io. Christoph Kessel,

Cantor.

V.

CHRISTOPHORI geris, Antistes Dignissime, nomen,
Eiusdemque simul nominis omen habes.
Instillas animis diuino dogmata Christi
Zelo; quae suades, haec eademque facis.
Christophorus non est, Christum qui iactitat ore,
Cuius at impurum daemona pectus alit.
Hoc hominum vitare genus cane peius et angue
TV, Christumque pio condere corde, iubes,
Cuncti quo fiant, vitam mancantque per omnem,
Re vera, haud solo nomine, Christophori.
Talem nos Ephorum nacti gaudemus, et ipsi
Obssequii pignus, candida vota damus.
Sit Tibi, sitque Tuis, Praeful Sanctissime, Christus
Praefidium, clypeus, dux, comes atque salus.

Godofr. Gebbardus,

Coll. V.

VI.

Cedite mordaces, vacuum solamine pectus
Vrgentes curae, sollicitansque dolor!
Namque dies rutilo laetus descendit Olympo,
Qui Tua, GRVNDIGI, nomina clara refert.
Laetitiam merito celebrantes carmine lacto
Cantamus, nobis quam parit haecce dies,
Te cantare decet, nimium dilecte Camenis,
Praefitit incolumen quem pia cura Dei.
Te laudare iuuat Patremque grauemque Patronum,
Qui Musas studio consilioque iuuas.

Hinc procul aufugiant, unquam quæ fata minantur
Tristia, sed contra non nisi laeta fluant!
Corporis ac animi sis firmus viribus usque:
Tum Tua grata salus et mihi semper erit.

So. Gottfr. Fritsche,
Coll. VI.

VII.

Mnemosynes templum, quæ, custos secula rerum,
Nomina perpetuos illustra seruat in annos,
Est super exstructum Parnassi culmine summo.
Fundamenta nouem posuerunt prima sorores,

Quique fauet sacris Musarum, præses Apollo,

Illius in vastum spatium structura stupendæ

Porrigitur molis, superant fastigia nubes,

Quisquis et ascendit felici culmina gressu,

Hic multas late diffuso lumine terras

Meritur: tamen exterior tam nobilis aedis

Pars est ornatus expers, splendoris et omnis.

Nullus honor fronti est, decorat nec porticus illam,

Atria pro foribus non sunt, sed ducit ad alas

Semita difficilis præceps angustaque sedes.

Iam dudum huc multi multo sudore per omnes

Reptauerunt gradus, et ad altæ culmina rupis

Adspirauerunt, quos vero sinistra subinde

Fata retraxerunt, labor esset ut omnis inanis,

Cernitur hic spargens sublimi fornice lauros

Gloria victrices, heroum plurima late

Quæ facies ambit præclarorumque virorum,

Aere cauo celebrans titulos præclaraque facta,

Et referens cantu, quidquid vel pace vel armis

Est visum æterna dignum inclarescere fama.

Intima pars huius, quam iam depingimus, aedis,

Mnemosynes monstrat simulacrum fusile, factum

Ex auro, quod iam Saturni tempore fuisse

Præclare, et nomen fecit felicibus annis,

Tum, quum florentes opibus vixisse Camenæ

Et rerum dominae terras rexisse serunt.

Hic Senis ingenii formaque vigentis imago

Prostat, quæ Charites ipsæ et amabile quiddam

Spirat, et illecebris non est exuta senectus.

Implicium fertis caput est, munitur acuto

Dextra manus graphio, scriptas fert læua tabellas,

Ante pedes strata cum morte recumbit.

Huius utrumque nouem circumdant ordine Musæ

Plectigero cum patre latus: comes additur illis

Pallas, et alatis proles Cyllenia plantis.

Vsq̄que laboratis huius viret ara corollis

Aedis, Apollinea lauroque, hederaque virente.

Lux accensa micat super hanc ex coelitte flamma,

Quam tulit in terras mundo nascente Prometheus;

Quam clausam lampas crystallina continet, atque

Vt custoditum castis Vestalibus ignem

Insomnes seruant noctesque diesque ministri,

Atque oleum liquidum Pallas non parca ministrat,
Praeterea pendunt citharae calamiq; tubaeque
Hinc atque inde tholis. Sunt et testantia signa
Magnatum regumque manus virtutis amicas,
Qui numis auxere suis et sumibus aedem.

Hoc opus, immenso quod texti coepit ab acuo,
Continuatur adhuc studio et molimine multo.
Nam, quicumque student virtutem extendere factis
Egregiis, curis multoque labore tuentes
Partes, diuina quas forte iubentur obire,
Praestantisque decus, ratio quod poscit honesti
Officii, iusti seruantes semper et aequi,
Segnitiam deserentes cane peius et angue,
Atque fide expletis prompta sua munia rite,
Tendentisque suos nertios pro viribus omnes,
Ne quid percipiat damni res publica, Summi
Neue Dei culus digno spoliatur honore,
Elogiis illa iustis ornantur in aede,
Amplificantque suam nullo non tempore famam.

Horum TV numero, SVMME REVERENDE SACRORVM

ANTISTES, aliis prae multis dignus haberis,
Qui datus es nobis Praeful venerandus honore.
Nam seu diuinas dotes spectemus, abunde
Quas Deus ingenio et menti virtutibus auctae
Indulgit, quarum luce exsplendescis, ut ignes
Lumine magnifico praecedat luna minores,
Quum spargit radios, tristisque illuminat umbras:
Seu TVA doctrinis variis ornata legamus
Scripta, quibus dudum nomenque decufque parasti,
Et quae mirifice coniungunt urile dulci:
Sive perorant mentes praestemus et aures,
Quando voluntatem louae atque oraacula sacra
Insigni grauitate doces, monstrasque disferro
Eloquio pollens quae sit via vera salutis,
Dum sollerter oues committas pascis et agnos,
Atque lupos sancto rabidos arces ab ouili:
Sive TVAM vitam exploremus, crimine puram,
Et, quod procuras, diuino munere dignam,
Quandoquidem exemplum nobis laudabile praestas:
Certe nos omnes, quo delectemur, habemus.
Praeterea nos vero simul, pietate monente,
Patri coelestis toto de pectore grates
Soluimus, hoc dono quod nos ornarit, et illum
Coniunctis precibus iusta ratione rogamus,
Nobis illius longum concedat ut usum.
Haec nos mente TIBI, sollempni hac luce, SACRORVM
ANTISTES, summo studio reuerende Patrone,
Offerimus, quae vota TVA sunt digna salute,
Numen Diuinum sincero corde precantes,
TEque TVAMque domum multos ut seruet in annos,
Omnia propulset mala, cuncta pericula vertat,
Et praestet vires, TVA quas sacra functio poscit,
Muneris ut partes commissi sospes obire,
Et possis fructum largo cum foenore ferre.
Sic nostrae Musae TE saluo, carmina pangent,

Et noua materies laudum exstimulabit alumnos illorum, ad plausus anno vertente parandos.
Nomen vero TVVM tam multis nobile factis
Mnemofyne sine labe sua suspendere in aecl.

Condiscipulorum nomine cecinit

Ioannes Gottlieb Bidermannus,

Naumburgensis.

Classis I. et II.

- Joseph Müßle, Freyberg.
Johann Gottlieb Schertewitz, Wenschenbora.
Christian Gotthold Poppe, Freyberg.
Johann Conrad Glade, Hallbach.
Johann Gotthold Geisler, Freyberg.
Johann Gottfried Anshelm, Hetsdorf.
Carl Gottlob Kirchhübel, Döbernhau.
Johann Gottlieb Bidermann, Naumburg.
Johann Gotthelf Meyer, Freyberg.
Gottfried Benjamin Weber, Dippoldiswalde.
Johann Gotthard Uhlisch, Meissen.
Johann George Knebel, Niederschöne.
Fraggott Sigmund Günther, Langenhennersdorf.
Johann Gottfried Schmidt, Hetsdorf.
Carl Benjamin Müller, Döbernhau.
Ernst Ehrenfried Steglich, Wurfhartsdorf.
Carl Benjamin Gnauck, Hartmannsdorf.
Christian Gottlieb Schmidt, Wurfhartsdorf.
Johann Gottfried Stecher, Freyberg.
Johann Gottlob Burghardt, Lanneberg.
Gottfried Heinrich Jensch, Schwarzenberg.
Christoph Adam Fren, Teusdorf.
Johann Christoph Einhorn, Langenau.
Johann Gottlieb Dähne, Conradsdorf.
Johann Christian Zimmerich, Freyberg.
Christian Lebrecht Koch, Erbsdorf.
Gottfried Zimmanuel Zacharias, Frauenstein.
Salomon Vogel, Ebersdorf.
Friedrich Fraggott Hübel, Nassau.
Johann Gottlieb Jerner, Spechtshausen.
Johann Gottlob Meyer, Freyberg.
Johann Gottlob Krause, Dresden.
Theodorus Gottlieb Ehrenbaum, Gelenau.
Ernst Amadeus Martini, Müdenberg.
Johann Andreas Reich, Zittau.
Gottlob Friedrich Wenzel, Sayda.
Friedrich Wilhelm Haufschelbach, Caschwitz.
Friedrich Christian Haufschelbach, Roswein.
Johann Christian Bartel, Conradsdorf.
Johann Gottlob Klausner, Langenhennersdorf.
David Benjamin Franke, Freyberg.
Johann Antzeggott Schneider, Freyberg.
Christian Carl Kame, Wolfenstein.
Johann August Schindler, Penig.
Johann Gottlob Grundig, Hartmannsdorf.
Christoph Lebrecht Grahl, Kößchenbroda.
Salomon Friedrich Haufschel, Schmiedeberg.
Johann Friedrich Bidermann, Dippoldiswalde.
Johann August Klein, Oberbohrisch.
Carl Christoph Friedrich Arnold, Mittelsayda.
Johann Gottlob Kühnel, Freyberg.
Carl Gottfried Schulze, Freyberg.
Johann Heinrich Richter, Naundorf.
Johann Paul Richter, Freyberg.
August Sigmund Nücke, Freyberg.
Carl Gottlieb Müller, Pappendorf.
Friedrich Lebrecht Kummer, Müschien.
Johann Christoph Geisler, Freyberg.
George Friedrich Grüber, Freyberg.
Johann Gottfried Ufer, Hetsdorf.
Johann George Bellmann, Voigtsdorf.
Johann Christoph Mosch, Kleinhartmannsdorf.
Johann Gottfried Hildebrand, Freyberg.
Christian Gottlieb Wunderlich, Collmisch.
Christian Gottfried Schmidt, Wurfhartsdorf.
Carl Christian Luther, Freyberg.
Christoph Fraggott Arnold, Mittelsayda.
Johann Gottfried Erler, Voigtsdorf.
Christian Hieronymus Jünger, Freyberg.
Johann Gottlieb Nendel, Wegefarth.
Johann Paul Zimmermann, Kaufsch.
Friedrich Samuel Etiebner, Wittenberg.
Andreas Friedrich Klossch, Freyberg.
Johann Gottfried Richter, Sachsfenburg.
Salomon Friedrich Langhammer, Freyberg.
George Samuel Tzschöckel, Freyberg.
Carl Friedrich Enger, Frankenstein.
Friedrich Fraggott Hartwig, Blumenau.
Johann Enoch Guden, Johann Georgenstadt.
George Heinrich Herrmann, Freyberg.
Christian Haspacher, Kallenberg.
Gottlieb Sigmund Eberhardt, Freyberg.
Heinrich Christian Reichel, Freyberg.
Johann David Klein, Freyberg.
Gottlieb Werner, Herzogswalde.
Carl Gottlob Mennel, Johann Georgenstadt.
Justus Gottlob Zech, Colleda in Thüringen.
Valentin Gottfried Hentschel, Krümmenhennersdorf.
George Sigmund Richter, Freyberg.
Johann Christoph Schneider, Zepfa.
Johann Gottlieb Geisler, Oberbohrisch.
Carl Florenz Ludewig, Conradsdorf.
Christian Friedrich Etiehl, Freyberg.
Christian Gotthelf Döligsch, Freyberg.
Christian Friedrich Wenzel, Oberbohrisch.
Gottlieb Hieronymus Krause, Freyberg.
Friedrich Wilhelm Mehner, Bräunsdorf.
Demuth Friedrich Bar, Freyberg.
Gottlob John, Mohau.
Christian Friedrich Wendt, Mittelsayda.
Wilhelm Friedrich Sigmund Teichert, Freyberg.
Johann Gottlieb Bach, Freyberg.
Gottfried Richter, Freyberg.

78 M 496

ULB Halle 3
001 618 148



TA-506

617





HEPTERIS
 VIRO
 SVMME VENERABILI ATQVE
 DOCTISSIMO
 DOMINO
 CHRISTOPHORO
 GOTTLOB
 GRVNDIGIO

ECCLESIARVM QVAS DIOECESIS FREIBER
 GENIS COMPLECTITVR SVPERINTENDENTI
 ET SCHOLARVM INSPECTORI GRAVISSIMO

QVVM
 DIEM NOMINALEM

CHRISTOPHORO

IN FASTIS SACRVM
 A. D. XVII. CAL. APRIL.
 ANNI POST CHRISTVM NATVM
 MDCCLX.

SOSPES ET INCOLVMIS AGERET
 AD TESTIFICANDAM PIETATEM
 INSTRVCTA

DOCENTIBVS AC DISCENTIBVS
 IN GYMNASIO FREIBERGensi

FREIBERGÆ, Litteris MATTHÆANIS.

